

# CURSUM

HUMANÆ VITÆ FLUCTIBUS FELICITER  
ABSOLUTUM

DOMINO,

PER QVAM GENEROSO

JO. HAUBOLD.  
de SCHULEN-  
BURG,

Qvum Ille

VL Non. Octobris Anni MDCCXXXV,  
die Remigii ultimum natus,

Manè in Illustri Afranéo animum corporeis vinculis  
solutum DEO tradidisset,

Et post III. Non. ejusdem mensis solemnni ritu  
tumularetur,

Necessitudinibus illius generosissimus  
gratulantur

Amici Ipsius, dum licebat, amantissimi in Afrano Iudeis  
litteris operam dantes,

A. W. de STUTTERHEIM, F. W. de SCHOENBERG,  
Wald. Zschair.

J. D. de SCHLEINITZ, G. A. de OPPEL,  
Finsterwald. Leuth.

J. C. A. de BERGE, Gorst.

Johannem Fridericum de Berge.

42

3



JOHANNES  
SCHNEIDER



Vid sine vasta DEO revolubilis orbita  
mundi,  
Qvid sine cœlorum nomine tecta que-  
unt?  
Hæc ejus vultu minimè sunt integra co-  
ram,  
Hæc sine labe sacros nemo vel inter e-  
rit.  
Ecqvid, homo, nisi te sapientia summa gubernet,  
Quam certo sub aquas linter itura, fores?  
Hæc velut aura favens, primas te ducit in undas,  
Quas orbis nostri fleibile marmor habet.  
Sic homo trabs clueat, terrestria marmora fulcans,  
Cui statio cœlum, seu niger orcus erit.  
Nam, seu jussa DEI benè naverit illa secundum,  
Seu minus, hic illi præmia justa dabit.  
Hic intellectus naucleri munus habebit,  
Seu navem rectus, seu malus ille regat.  
Huic paret verrens, ut remex, stagna voluntas,  
Qui remos, sensu organa quinque, gerit.  
Quando prior mediā sub noctem stertere sœvit,  
Sive gubernaci turpe relinqvit opem.  
Mox infame jugum petet, Aproceraunia, pinus,  
Quæ polus ipse rubro fulmine saepe ferit.  
Hisce carina statim scopulis advesta peribit.  
Nam timidos tollis Jova, jacit tumidos.

Mox

Mox quoque Sirenum erabs monstra natantia viser,  
Tantum Dulichio prætereunda viro.  
Nam magè nil perdit menteis, quam blanda voluptas,  
Qvamvis sub dulci mella fel esse sciant,  
Mox rabiem Scyllæ, faucesqve Charybdis adibit,  
Qvæ non Oceanus saxa replere potest,  
Illorum-patulo puppis mergetur hiatu.  
Nam qvis avaritiem nos sepelire negat?  
Sic incauta ratis mergetur fluctibus orci,  
Ni scelus astutum corrigit illa suum.  
Tartareæ sub aquis laniabant viscera phocæ:  
Rostra lares Behemoth, seu Leviathan erunt,  
Ast, si quando sui satagit benè muneris ille,  
Nec jacit ignifero lumen ab axe suum.  
Præcipue servat septem vigil altra Trionum,  
Christicolum septem vota; putes, fidei.  
Dæmonicæ minans hyemes Orionis astrum,  
Seu pluvias Hyadas triste micare videns:  
Non tamen amittit mentem, non astra relinqvit,  
Ast alto quoque tunc altior ille manet:  
Affectusqve super nostri pejora timentis  
Remigibus forti sic gravis ore tonat:  
Nunc animis opus est! vim pellite! fidite transiris!  
Vertite vela! Pavens interit. Este vini!  
Nec non si placidum marmor stat, Apollo coruscat,  
Non illos ideo luxuriare finit:  
Vociferans propriæ sic per tabulata carinæ,  
Nunc hac, nunc oculo sydera clara tuens:  
Ne nimium, remex, cœlo confide sereno!  
Obstrue fissuras! Contrahe vela citus!  
Non ut nunc, ita semper erit. Mox bruma resurget  
Stulta fata tibi, miqve, ratiqve ferens.  
Fines nosco poli: nunc legis is ipse procellis  
Me petit, ut movear, præqve dolore gemam,  
Nunc grato Zephyri flabro mea cymbula fertur.  
Is mihi mitis opem monstrat Evangelii.  
Talia qvotidie puro sub corde volutans  
Non tua præda, ferox & mare, nauta manet.  
Optatum tandem benè vectam Numinis almi  
In portum felix provehit aura ratem:  
Portum, qvem sacer ille novam vir nominat ur-  
bem.  
Urbem, qvam vitæ mille fluenta rigant.  
Hic nautæ sine fine qvies, sine fine voluptas,  
Proqve salo tellus incoluisse datur.

Felix



Z 4093 FR

Felix, qui tangit mature moenia portus! p. 201.  
 Nam fugit insani mille pericula maris.  
 Multæ, quæ nascens offendis, Phœbe, virentis  
 Elangvere rosas, si fugis orbe, vides.  
 Multi, quæs spiritus egreditis flabra Favoni,  
 Si diu jaſtantur fluctibus, Eurus obest.  
 TU portu jam jam, ciuitas DEVECTE SCHULEN-

BURG,  
 Cum nivea Seraphim gente potitus ovas.  
 Hic dulceis nitidum complexus inter AVORUM,  
 Ac PATRIS æternans oscula celestima canis.  
 Hoc ipsum nobis aliquantum vulnera sanat,  
 Quæ nimium præcox mors TUA nempe dedit.  
 Has TIBI delicias, haec otia pectori toto  
 Gratamur. Sub humo membra quieta cubent?  
 Nos apud usque TUUM nomen laudesque sonabunt,  
 Nec tum mortales, quum moriemur, erunt.  
 Æternum nobis, DEFUNCTE SODALIS, a-

veto!

Nos tumulo titulum fingimus huncce tuo:  
 Hoc celeris laceram nautæ navale phaselum,  
 Quam late sub aquis mente reliquit, habet.  
 Vix patriam versus defecundum turbo prehendit.  
 Sed, quo navis, eum turbo repente tulit.  
 Nauta, DEUM venerans animus: navale, sepul-  
 crum:  
 Turbo brevis, bidui fata seq' uita febrim:  
 Puppis, membra: salo via vix incepta, juventus:  
 Marmor, bumus: patriæ limen, Olympus erat.



CURSUM  
HUMANÆ VITÆ FLUCTIBUS FELICITER  
RESOLUTUM  
**DOMINO,**  
PERQVAM GENEROSO  
**JO. HAUBOLD.**  
**SCHULEN-**  
**BUIRG,**

## Qvum Ille

*Non: Odobris Anni MDCCLXXXV,  
die Remigii ultimum natus,*

tri Afranéo animum corporeis vinculis  
solutum DEO tradidisset,

II. Non. ejusdem mensis solemnni ritu  
tumularetur,,

*cessitudinibus illius generosissimus  
gratulantur*

Ipsius, dum licebat, amantissimi in Afrano Iudeo  
litteris operam dantes,

TUTTERHEIM, F. W. de SCHOENBERG,  
Zschair.

HLEINITZ, G. A. de OPPEL,  
Leuth.

J. C. A. de BERGE, Gerft.

nnem Fridericum de Berge.

